



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arbor Vitæ Sive Vita Et Doctrina Christi

Ex Quatuor Evangeliiis In Meditationes Quotidianas Veluti Totidem Ramos
Distributa

Ilsung, Jakob

Dilingæ, 1693

Meditatio CCCXV. Continuatio ejusdem Historiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60727](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60727)

dicentes: *quia panes non accepimus*. Qui enim Cælestia ac Spiritualia Gaudia gustârunt, nec curant, nec æstimant amplius corporalia. Gustato Spiritu desipit omnis caro. Igitur procura tibi gustum rerum Spiritualium, & tunc non tantum rerum superfluarum, sed etiam necessiarum penuriam facile tolerabis: certè amore perpetuæ Conversationis cum Christo in Cælesti Gloria illam patienter, & cum magno tuo merito feres. O quam bonum erit ibi esse! Si enim Visio intuitiva Humanitatis Christi Gloriosæ tanta voluptate replevit animum S. Petri; quid faciet Visio intuitiva Divinitatis perpetua? Si Christus unicâ guttâ Cælestis Gloriæ S. Petrum ita inebriavit; quid faciet Beatis, quando Torrente Voluptatis suæ potabit eos?

Ps. 35. v. 9.

MEDITATIO CCCXV.

Continuatio ejusdem Historiæ.

PUNCTUM I. *Aduo eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos.* Matth. 17. v. 5. Hæc solet esse vicissitudo & alternatio apud electos DEI Servos, ut modò Solatijs & Gaudijs Spiritualibus affluant, & mox iterum adversitatum, desolationum, ac tentacionis nube obumbrentur; sicut tamen Christi Facies, instar Solis resplendens, nubem interpositam illustravit, ut esset nubes lucida, ac serena; & sicut nubes hæc umbram ac lucis attemperationem, non tenellas, nec pluviam peperit; sic adversitatum, desolationum, & temptationum nubes, quia memoriâ præcedentium Gaudiorum Spiritualium, Cælesti Illustratione

228 Ab Octava SS. Corp. Christi usque ad Adventum.
tione, & Sereno ac Amico DE I Vultu, quo Servos
suos clementer respicit, lucida redditur, nec tenebris
in intellectu, nec lacrymarum tristem pluviam in
luntate parit; sed gratam umbram, ac lucis attempe-
rationem efficit, ne continua prosperitas & mentis
voluptas, superbiæ vel amoris proprij æstu, vel alias
suâ vehementiâ, vel continuatione nimia electos
DEI Servos lædat.

PUNCT. II. *Et ecce vox de nube dicens: Hic est Filius
meus Dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite.*
Matth. v. 5. His verbis Cælestis Pater Filium suum
proponit in Exemplum (ideo dicit, se sibi in eo com-
placuisse, tanquam in Speculo & Imagine sua, ac Per-
fectionum suarum, omniumque Virtutum) & in
Magistrum : ideo etiam dicit: *Ipsum audite, auscultan-*
do & obsequendo ejus Sanctissimæ Doctrinæ. Si ita
que Paternæ voci obediamus, ipse etiam in nobis sibi
complacebit, tanquam in imagine sua, quia & ipsi
erimus Divinæ confortes Naturæ, & perfecti, sicut
Pater noster Cælestis perfectus est, à quo ipsa etiam
nostra Perfectio procedet, quæ proinde in eum rur-
sus, tanquam in Auctorem, referenda erit.

PUNCT. III. *Et audientes Discipuli ceciderunt infa-*
ciam suam, & timuerunt valde. Et accessit IESVS, & tr-
tigit eos; dixitque eis: surgite & nolite timere. Levante-
autem oculos suos neminem viderunt, nisi solum JESVM.
Et descendantibus illis de monte, præcepit eis IESVS, dicens:
nemini dixeritis Visionem, donec Filius Hominis à mortuis re-
surgat. Matth. v. 6. Sic Cælestes Illustrationes, &
singulares DE I Favores recipiendi sunt, ut inde non
elati, sed humiles & timidi reddamur: utque oculos
nostros è terrenis rebus levantes, secluso omni alio hu-
mano

mano respectu , in Christum solum , tanquam in Ideam omnis Sanctitatis convertamus , non respi- cientes , quid alij faciant ; & ut denique occultemus hujusmodi specialia Beneficia , ad nostrum Profectum Spiritualem , non ad ostentationem nobis collata . Sa- tis nobis sit , ista omnia manifestanda esse in Resur- rectione , quando Christus in nobis , tanquam in Membris suis , resurget à mortuis .

MEDITATIO CCCXVI.

De Energumeno liberato.

Matth. 17. v. 14. Marc. 9. v. 13. Luc. 9. v. 37.

PUNCTUM. I. Factum est autem in sequenti die , descen- dentibus illis de monte , occurrit illis turba multa . Luc. 9. v. 37. Et veniens ad Discipulos suos , vidit turbam magnam circa eos , & Scribas conquirentes cum illis (Græcè : Dispu- tantes : an scilicet ipsorum Magister esset Messias ; quandoquidem in ipsius potestate non potuissent ex- pellere dæmonium ex homine ipsis oblato) Et con- festim omnis populus videns JESVM , stupefactus est (propter repentinum , & opportunum ejus adventum , quem non nisi ex Prophetico Spiritu accidisse agno- verant) Et expaverunt (propter dictam causam , & propter suspicionem , ne etiam Prophetico Spiritu cognovisset dubios eorum sermones de illo) Et occur- rentes salutabant eum . Marc. 9. v. 18. Hinc disce non imitandos , sed Christi Exemplo patienter ferendos esse , qui de nobis absentibus malè sentiunt , & sinistre loquuntur ; præsentibus verò blandiuntur accurren- tes , & salutantes , & quasi sibi gratulantes de nostra